

**www.e-rara.ch**

**Joannis Franci Veronica theézans**

**Francke, Johann**

**Lipsiae, [1700]**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9960>

[\$. 40-57.]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

gruit. Quod ad Matronarum balneum conducatur, nemo dubitabit, nisi, cui simplicium cognitio & M.M. non satis sunt cognita.

§. 40. Utimur decocto *thee* ex sententia *Blankardi*, in recentiorum scriptis, si quis alius, versatissimi in omnibus febribus. Sub ingruentibus febribus dici non potest quanto opere *veronica nostra* potio profit, ut hinc *hac herba* solum instructus ab eis vindicari certo queat, non quidem unico haustu, cum non unicuique datum sit, acquirere infallibile remedium febrim primo præbio eradicandæ congruum. Conceditur autem *ἢν ὄργα* & instante febre, ipso valde importunæ vigore sitis & quidem non *μετ' εὐλαβείας*, verum *πειλάκις*, imo *ἀθρόως* & quo calidior eo liberalior, ,  
prom-

promptissime enim disproportionatas crasin M.S. naturalem pervertentes acidas particulas ubicunque locorum demum extiterint, diluit, emendat & nunc per urinam, nunc per sudorem unica hac falce amputatur omnium febrium causa occasionalis, quod effectus commonstrat, si enim ægro supponatur charta cœrulea, tunc color purpureus fit ac si corrosivo spiritu quodam fuisset tacta & hac methodo multi (rejectis inutilibus & destructivis præcipitantibus) tenerioris fortis homines veluti ex orco revocati sunt. *Aristoteles* judicatur idem asserere dum pleniorum calidorum usum præcipit imprimis in *quartana*, τεταρταίσις πυρετοῖς δεῖ πῦρ, ἐν τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖν εἰσάγοντα.

Etiam in febribus malignita-

tis nomine suspectis, quo non ca-  
 ruere, quæ aliquamdiu præteri-  
 tis mensibus in *nostra Suevia*, ce-  
 teroquin saluberrimo cœlo sunt  
 grassatæ, mihi usui fuere maxi-  
 mo. Quin & alexipharmaca vi  
 non destituitur, in *peste* pluris æ-  
 stumatur quam C. B. à *Cratone*,  
 trium Cæsarum Romanorum &  
*Pauli* totidē Regum Borealiū  
 Archiatris, quibus magis fides  
 adhibenda, qui studium botani-  
 cum praxi conjunxere, quam il-  
 lis, qui ætatem non egerunt ali-  
 ud, quam ut sola cognitione her-  
 barum sese oblectarint. Eupo-  
 ristion est, quod à nauta accepi,  
 nempe febres intermittentes o-  
 mnium formarum succo *veroni-  
 cæ* expelli, si quotidie tria coch-  
 learia, hora scilicet impari su-  
 mantur cum quadrihorio jeju-  
 nio, hoc praxi quotidiana & ra-  
 tionē

tionibus infra citandis confirmatus non contemnendum licet ab indoctis proveniat ut plurimum utilissime & certissime de simplicibus statuentibus secundum *Jo. Baptistam Lantimum* in Prolegon. ad Exercit. Plinian. Verum linquam hæc. Sunt ex recentioribus, qui folia ad putrilaginem, ut cum Pharmacopœis loquar, cocta carpis adplicant non ad curandam febrem tam, quam solum ad inhibendum illius paroxysmum, verum omnino empiricum est. Fermentum enim febrile ex sanguine non elicitur, sed in suo fomite quasi concentratur, circulus sanguinis remoratus & juvat ægrum ceu quinta ferracum rota. Eo enim (fermento viz.) ad alia loca successive delato, nunc colicæ convulsivæ contumacissimæ, nunc tu-

mulq̄

D 7

mores

mores pedum œdematosi ac sub-  
inde hydrops, nunc tumores &  
scirrhi viscerum, nunc icteri dif-  
ficulter curabiles, nunc cache-  
xiæ, nunc febres continuæ len-  
tæ tanquam hecticæ, superveni-  
re solent, loquor ore *Gamalielis*  
*mei*,cujus immaturæ ex hac vita  
migrationis non possum non fi-  
ne summo dolore meminisse.

§.41. Non possum dememi-  
nisse quod Auctor m. cit. medi-  
camentis lienosis herbam *thee*  
adnumeret. Lienes induratos si  
quid aliud medicamentum juva-  
re valet, vel externe adplicatum,  
vel interne sumtum *veronica* est,  
quippe quæ crassos humores vel  
in oxymelite vel cerevisia vel vi-  
no decoctum sumtum per urinã  
*εὐφόρος ἢ ξυμφόρος* evacuat, si biba-  
tur cottidie vel alternis diebus  
ne transeat in nutrimentum. Ex-  
emplum

emplum si cupitis antecedentem *nostram Opellam* consulite. Etiam non caret suo pretio tanquam topicum in removendis torminificis & lividis sigillis circa lienem impressis.

Passim etiam *Thee* ab Auctoribus ad stomachi vitia commendari observamus. Quanto levaminī *Veronica* in aliis stomachi vitiis tam, quam speciatim singultu sit, ipsi alibi legere potestis. τὸν δ' οἶνον ἐπὶ τέτων ἀνακκφίξειν δεῖ, καὶ πάντα τὰ δερμέα ἀπολεματα. τῷ δ' εὐκράτω καὶ οἱ χρησέον. quæ verba Tralliani lib. 7. t. 15. merentur, ut asterisco à Medicinæ Candidatis notentur, acida enim heic exulēt, quibus stomachi custos in inquietudinem cogitur, *veronica* verò temperata est & horridas imagines ab illo depictas delet, ejusque eutioniam inducit. *Veronica*

*onica* admodum teste *Brelochio* de re medica præclare merito, contra dolores stomachi est commendabilis cum scribit: quod si dolor stomachi sit, sat erit, nostro uti *teucro* experto. Ubi ventriculus languet & prostratus est, ita ut cibum fastidiat, infusum ex *veronica* & parum *cinam.* grosso modo incis. & vino paratur.

§. 42. Herba *thee* nostro hoc seculo à *Blankardo* præ omnibus ad malum hypochondriacum expetitur commendanda. Meo arbitrato hypochondriacis optime consulatur, si vitiosa faburra circa ventriculum & primas vias, sepositis insignificantibus julebis, obsoletis Electuariis & firubis, collecta, vomitorio Antimoniali habita semper virium ratione & subjecti morbid aptitudine

dine evacuemus primo, mox  
*veronica* ceu probatae fidei de-  
 coctum contra hunc ad instar  
 herbae *thee* parandum propine-  
 mus, *μόλονσιν* seu pastum acido-  
 austeram flatulentam fortiter  
 diluit, absorbet, subducit per  
 urinam, cujusque amarite crasis  
 Massae sanguineae restituitur & si  
 asthma comes, uti hypochon-  
 driaci solent esse propensi dupli-  
 ci proderit nomine. Cum igitur  
 simplex & unica *Veronica* hisce  
 malis aptissima sit tollendis  
 (quod obiter moneo) Medicinae  
 studiosi ultro dabunt operam ut  
 sagaciter simplicium vires inqui-  
 rant, nec illico ad composita me-  
 dicamenta confugiant, Americanos,  
 qui alias ap. nos audiunt  
 barbari, imitantes, qui non male  
 sibi consulunt, dum simplicissi-  
 ma medicamenta multis præpo-  
 nunt

nunt compositis, quorum ingredientium multitudo fere semper minuit auctoritatem, cujus farinae est decantatum illud medicamen chinensibus Cachunde appellatum & à Lusitano Hist. lib. 2. obs. 37. descriptum. Sed hoc in aliud tempus locumque aptiorem differemus, ne patientia vestra nimium abuti dicamur. Quin & flatibus ventris discutiendis & scybalis emolliendis egregie confert, hinc Medicinæ candidati observabunt in officinis à Medicis egregiis ad eadem mala educenda vix ac ne vix quidem enemata parari, quin *veronica* primum in iis occupet locum. Vulgo etiam notum, aquam *veronicae* rotulis manus christi edulcoratam infantulis non infructuose commentarier, quibus hypochondria flatibus & ventris

bon-

bombis distenduntur, etiam contra eos nonnullas mulierculas folia *veronicae* in Oleo lini fringere semel ac iterum vidi. Quin & ad acidum scorbuticum corrigendum praemissis praemittendis eâ utor, blande enim per sudorem è corpore id eliminat, confirmante experientia. Externis usibus etiam inservit, ut ex ea balneum conficiatur vaporosum, quod facit ad *paralysin scorbuticam* tollendâ, itemque emaculandas illas maculas quibus crura & brachia scorbuticorum variè pingi conspiciuntur, quod consilium à Præceptoribus acceptum DEO benicente ingenti multorum commodo seu Ariadnes filium DEI gratia per 15. annos praxin exercens medicam secutus sum.

§. 43. *Thee* quid in *pleuritide* valeat

valeat ex virtutibus ei ad scriptis facile colligi potest, ipſus reſtor me quam plurimis pleuriticis commendaffe *veronica* parum, concifæ infuſum ex Aquâ cum fir. papav. rhæad. remiſta, qui perbelle ab illius uſu valuerit & à jugi pleuritici dolore vindicati ſunt. Conferunt quoque *veronica* folia doloribus pleuriticis mitigandis ſi cocta in lacte cum chamomillæ floribus veſicæ ſuillæ indita calidè thoraci adplicentur.

Adverto etiam plurimos herbam *thee* adverſus ventris vermes commendare. Proſtat in officinis ſiribus ex *veronica* ob particulas amatas verminantibus pueris præſertim febrifertis valde conducibilis. Decoctum in adultis quantum ad adverſus lumbricos valeat, quotidie experiri licet. Ex.

Excellentissimus *Waldschmidtus*, cui diu vitam longam optamus & quantum debeat, artis medicæ cultores optimè norunt, docet beneficio herbæ *thee* Ictericum utrumque posse sanari. Auctor & ego vobis sum, ut in Positionibus contra *ictericum*, qui teste *Aretæo* lib. i. diutur. c. 15. *ἑὺντες μετὰ γλυκύτητι νέοισι, veronicam*, non recludatis utpote quæ amarificantibus suis particulis lentorem corrigere lymphæ & Salia volatilia debilia confortare potest, quatenus eo laborantes jejuni, etiam horis pomeridianis unum & alterum haustum illius bibant. Verum, quod obiter moneo, lapidem lavant & frustra omnes illi sunt, qui in *ictero* medendo vomitoriis abstinent & opiatis suis id debellare contendunt. Hortulanus quidam me docuit,

docuit, beneficio *veronica* ictericis subvenire citra medicaminū aliorum internorum opem, si scilicet folia tria urinæ patientis intincta, ventriculo, hepatis & lieni imponantur, verum talium remediorum vires, ceu singulares & plane empyricas, quilibet, qui volet experientia interveniente comperiet, ipse huc usque nunquam ulli commendavi illius usum. Est mihi Epistola manuscripta incomparabilis eruditionis & admirandicandoris Senis nostri Thonneri ad Moysen Heliū Med. Ulm. in qua dici non potest quantum præsidium in *veronica* adversus icterum collocet, quam una cum aliis ejus scriptis edere, si mihi vita contingerit, cogito.

§. 44. Decoctum herbæ *thee Varenus* excellens Medicus descript.

*Script. Regn. Japonia p.161.* pro delendis crapulæ præcedentis dici molestiis commendare solet, hinc occepi quoque periclitari usum *veronica* in crapula, nec frustra fui, Aqua enim calida alkali nostro imprægnata in removendis per officinas digestioni dicatas expedita est imaginibus acidis, aperiendis glandulis renum & cutis, hinc sudore & urinâ corpus liberatur, porro in sanguinis circulo particulas crudas attenuat, rosivas vini subjugat, glandulas cerebrales destruit, nervos expandit, custodem partis in quietudinem redigit & ita bestiam in hominem iterum mutat, ceu pluribus legi potest apud *Bontekoe*, quæ prudens sciens omitto, ne forte multus alicui videar in transcribendis illius verbis.

Herba

Herba *thee* cursu fessos & languidos refocillare dicitur, ego, ut fatear verum generosius & præsentius medicamen aduersus defatigationem nunquam *veronica* reperi, experimentum faciat lassatus & illico refectionem sentiet, aquâ enim succi meteorisantur, ut minimos iterum tubulos permeare possint.

§. 45. Decoctum herbæ *thee* ex præscripto nobilissimi *Blankardi* infectos lue, quæ Epicuri de grege porcis familiaris, vindicat. Mea sententia est & sic animum induco meum, salvis aliorum calculis, *veronicam* iis adnumerari plantis, quæ acidum Venerum corruptum vasa lymphatica permeans corrigunt & quidem quandoque tutius, imprimis ut  $\phi\omega\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \beta\iota\omicron\phi\omicron\lambda\epsilon\varsigma\acute{\alpha}\tau\eta\varsigma\ \iota\alpha\tau\epsilon\lambda\kappa\eta\varsigma$  *Hippocrates* loquitur: πειν ἢ πέ-

πειρον γένεσθ' τὸν ὕστρον, propinatur ,  
 quam illa ex lignis exoticis &  
 periculosis Mercurialibus para-  
 ta, imprimis emaciatissimè infe-  
 ctis & raræ texturæ, quæ cautela  
 si ubique consideraretur multi  
 fervarentur ægrorum, quos bar-  
 bitonorum temeritas jugulat,  
 vitam & mortem juxta æstuman-  
 tium eaque una cum stercore,  
 suo venalia habentium. Sunt,  
 qui hanc Methodum, Mercurialia  
 celebrantes ex medicina exter-  
 minandam contendunt, verum  
 nos illorum malefanam opinio-  
 nem refutare non adgrediemur,  
 siquidem id affatim factum in  
*opella de Mercurio letaliter propi-*  
*nato* ante quadriennium edita,  
 cujus nuperrime non absque-  
 bile quidam meminit, *usum viz.*  
*Mercurii crudi in prolapsu & in-*  
*flammatione intestini non repositi*

E

con-

*contumacissima alvi constipatione* &c. solidissime stabiliri ratus.  
 Verum, quis suadebit, ut moveam καμάειαν hanc? constabulant sententiam etiam quadrato circumfirmant agmine, non ego restituro; neque *Francus* eo utetur, etiam si aurea affectus fuerit catena, abunde mihi Medicina, reliquit, ut opus non habeam ab innocuis & probatis confugere ad dubia & terribilissimam istiusmodi inducentia mortem. Offensas præterea tinnientia aures meas prætereant, sat habeo præsentia & futura curare. Et cur, quæso inscius labis, (cum verum dicere, non sit perstringere,) hæc καλαπώλια non deglutiret, qui de vorare ad suetus τὰς λοιδορίας τῶν συκοφάντων? Mallem de me homines dicere, *Francum* non esse natum, neque existere, quam dicere,

re, *Francus* est irritabilis animi,  
 Vel ut *Plutarchi* verbo eloquar,

μικρόλυπτος.

Et hæc sapienti, cui dictum  
 fat est, sufficere arbitramur. Hisce  
 non contentus legat *Apologiam*  
*meam*, evolvat *orthodoxos* ibi ci-  
 tatos, audiatque *probae monetæ*  
*Medicos*, nos cum ipsis veritatem  
 nullius iudicii subditam sed o-  
 mnia æquali ponderantem seve-  
 ritate agnoscimus. Nec à veri-  
 tatis tramite deflexurum eum  
 arbitror, qui *veronicam* onirog-  
 mo laborantibus prodesse sta-  
 tuerit, cum olim *Thom. Carthu-*  
*sus* de bono lapide ap. B. *Welschiū*  
*præclarissimæ eruditionis* & in o-  
*mnibus admirandum virum*. *Cur.*  
*Exot.* p. 344. eâdem feliciter usus  
 fuerit; ratio non latet confide-  
 ranti fieri hunc morbum, quan-  
 do proles lymphæ à sua matre

Salibus scorbuticis enutrita in  
 parastatis stagnans calore, rare-  
 facta blande vesiculas seminales  
 instigat ad ejaculationem, hanc  
 heterogeneitatem *nostrum alkali*  
*Nitrosum* in & divertit, temperat  
 & plane tollit, exempla adferre  
 loci angustia prohibet.

§. 46. Etiam *thee* in *Rachitide*  
 laudatur, nobis per omnem vi-  
 tam nondum observata, hinc ex  
 aliis probata & quia propriis  
 verbis minor sum, magnorum  
 testimonio delecto: Est etiam  
 morbus novus, *inquit B. Fride-*  
*rici*, quem Angli *Rachitidem* vo-  
 cant à viscositate humorum ori-  
 undus, qui sic laborant, corpus  
 summe labefactatur, spiritus fit  
 difficilis, molesta est tussis, tumet  
 abdomen, pallent, spina dorsi  
 incurvatur & nodositates articu-  
 lorum se produnt, hinc magni  
 momenti

momenti attenuantia & incidentia sunt, quæ fluxiles reddunt humores, eosque per vias patulas corporis ejiciunt, qualia ex simplicibus sunt betonic. *veronica*, *fumaria*, *salvia*, *rad. apii*, *cort. fraxini* &c.

Ut *Tarantatis* subveniat herba *thee*, sunt qui affirmant, de nostra *veronica*, quod ad me, ut libere quod sentiam eloquar, dico, cum in nostris regionibus non reperiuntur tarantulæ, me vires *Veronica* experiri non posse, cum vero morsus earum non nisi Musica curentur, non opus esse *veronica* viribus, nec Medici applicatione.

Ultimo sunt, qui herbam *thee* ætatis florentes veluti, viresque pristinas revocare, imo in ipso mortis confinio constitutis vires subito restituere asserere non

dubitant, verum nos vim naturæ ipsam excedentes istiusmodi superstitiosos effectus *veronica nostra* attribuere nec volumus nec possumus, sed merito vanitatem hanc amantibus eam remittimus.

§. 47. Hactenus de usu interno, verbum adhuc de externo. A. Clarissimo Auctore *menstr. interlocutionum Lipsiensium* decoctum herbæ *thee* commendatur externe ad *exulcerationes, impedigines, lentigines & maculas hepaticas, intertrigines pudendorum & ani & ulcera genitalium, omnesque impuritates sanguinis*, si enim locus eo lavetur & per noctem herba madida, vel linteum decocto imbutum ulceri imponatur. *Veronica nostra* abstergendi qua pollet insigni virtute *serpiginem* ac *scabiem* sanat. Sufficerent hæc, verū  
id

id seculi superioris Doctissimus  
*Poeta Marcus Nevianus Gerardi-*  
*montanus* elegantissimis verri-  
 bus cum expresserit, cogor i-  
 pfius versus meis subscribere,  
 verbis:

*Vulnera propulsat super hæc re-*  
*spersa cruore*

*Quæque diu corpus laniarunt,*  
*atque medetur*

*Psora cum vitio cutis omni,*

Advertimus quoque vel vulgus  
 ulcusculis pustulive manuum ac  
 pedum scabiosorum *recentem*  
*herbam* sæpe felici successu ad-  
 plicare. Sanat decoctum *ejus*  
 vulnera *α μεθόδως* curata & in ulcus  
 fistulosum degerata, item pustu-  
 las singularem *κακοίθειαν* haben-  
 tes. Utuntur etiam *ea* frequen-  
 tissime ad balnea, quæ albissima  
 impedigine, herpete, malo mor-  
 tuo, tineis & achoribus infesta-

tis impetantur. Alias quidam  
 mire expetunt *herbam hanc*, ut,  
 ubi fæda lues gallica, fauces ob-  
 fedit, paristhmiis & uvula in-  
 flammatis, ex foliis rite prius  
 maceratis Aquam per balneum  
 eliciant, vel decoctum aut gar-  
 garismum parent, ori faucibus-  
 que proluendis. Et ut paucis  
 multa in compendium confe-  
 ram, tota quanta est, *vulneraria*  
*herba* est, magnum quorundam  
 chirurgorum secretissimorum,  
 secretorum secretum, quod heic  
*Medicinæ & chirurgiæ studiosis* re-  
 velabo. Si cui superficiarium  
 vulnus infligatur hoc folius *ve-*  
*ronica* succo ignavissimus vulgi,  
 absque chirurgorum opera &  
 adparatu inani curare novit.  
 Imponuntur quippe vulneri  
 grosso modo contusa *folia cruda*  
 & prospero sæpe successu inflam-  
 matio

matio vulneris præcavetur, &  
 quod minime contemnendum  
 est ob *sacram nostri Doctoris aucto-*  
*ritatem* Præcept. p. m. 28. lin. 29.  
 in quientis : μή σκνέειν δὲ παρὰ ἰδιωτῶν  
 ἰσθρέειν ἢ ἡ δοκέει ζυμφέρον, εἰς καιρὸν Ἰε-  
 ρουπίης. Etiam, ut dixi, ἰᾶται δυσεπέλατος  
 τῶν ἐλκῶν, vix enim præstantius  
 ullum decoctum reperietis præ  
 omnibus barbitonforum omniū  
 emplastris pinguibus ulcera  
 fordida ut plurimum ex asperan-  
 tibus, quam *veronica*, illo enim  
 si laventur quotidie bis & adpli-  
 catur emplastrum mastichin. m.  
 disp. insigniter ulcerum & fistu-  
 larum sordes abstergit, eoque  
 disponit, quo sanguis consolidan-  
 dis ulceribus aptior evadat. Ex  
 voto etiam evanuisse livorem &  
 ecchymomata *ipsus* scio, dum  
 contusa *veronicae folia* viridia  
 contusionibus imposita, vel

facculus *veronica* concisa repletus in vino coctus sub tepide fuit livori circumligatus. Imprimis excellens cosmeticum salutare potest, præ herba *thee* quæ ut plurimum maculis cutis adplicata, eam reddit maculofiore, quod à *veronica* non est sperandum.

§. 48. Cum itaque hæ vires, quæ esse debent, quæque adesse oportet in Asiaticorum herba, *thee* cum viribus nostræ *veronica* quoddam societatis vinculum habeant ac tanta inter se cognatione contineantur & alioquin, non facie valde dissimiles, vix quippe discernendæ, non extra chorum saltare mihi videor, si dixerò, quod *veronica*, etiam si non *thee* chinensium, tamen fortassean optimo jure *Europæorum*, sit nominanda. Quod si *nostra* non semper & in omnibus individuis

viduis respondeat, sciat Lector, nec herbam *thee* ubique voluntati nostræ, quemadmodum chinenfes perhibent, respondere, obstacula obvaria obvia, vel enim ægri ad sudorem prolicendum, vel urinam provocandam adeo sunt inepti, vel Aqua in qua *veronica* decoquitur in salubris, vel diæta non adeo accurata observatur, quam morbus & Medicina requirunt, vel non rite continuatur, nam opus est, si eventus speratus succedat, ut cottidie eodem decocto ad meliorationem usque utamur, secus si fecerimus, non mirum, si illius operatio impediatur. Vel ut virtus ejus magis v.g. ad caput ducatur, misceri possunt, majoran. betonic. Stæch. flor. rosar. tilix, rad. pœon. &c. ad oculos, euphras. calend. cyan. &c. ad pe-

Etus, bugul. scabios. salv. alchi-  
 mill. &c. ad ventriculum, menth.  
 anis. rorism. Zedoar. &c. ad hepar,  
 cichor. santal. &c. ad hypoch. hy-  
 peric. hyfop. tarax. &c. ad lienis  
 obstructions ( loquor cum ve-  
 teribus ) scolop. asplen. polypod.  
 filic. &c. si scorbuticum adsit in-  
 quinamentum, nasturt. cochlear.  
 trifol. fibrin. &c. addantur. Re-  
 num curæ animus si sit intentus,  
 addantur Saxifr. si articuli curas  
 ad se trahant, jungantur aristol-  
 bryon. cichor. silvestr. prim. ver-  
 rosmar. trifol. fibr. &c. quæ de-  
 defectus omnes, si modo adesse vi-  
 dentur compensare possunt, est  
 consilium Excell. Borrichii Pa-  
 troni mei, dum viveret, æstuma-  
 tissimi, quod omnes Medicos fe-  
 liciter ac jucunde curare cupien-  
 tes mecum in usum revocare ac  
 deducere velle rogo. Et si qua  
 dif-

differentia reperitur, ea non ali-  
 unde provenit, quam à regio-  
 num ubi gignitur, diversitate ac  
 cœli clementia vel inclementia  
 & pro isto climatum in quibus  
 nascuntur diversitate oppido va-  
 riare herbarum vires & vel illius  
 speciei vires augeri, alterius con-  
 tra in hac vel illa regione immi-  
 nuï dico. Ita Rhopopola, qui  
 ex Alpibus mihi adsportare so-  
 let radices, nuperrime *veroni-*  
*cam* subviridem adhuc adsporta-  
 vit, quæ ob amaritiam, nostram  
 longo intervallo post se reliquit.  
 Hinc verum est *thee* in nostris  
 regionibus non tam valide so-  
 mnolentiam arcere, neque adeo  
 feliciter non à morbis v.g. calcu-  
 lo, phthisi, podagra, liberat, ac  
 chinenses & si fortassean datur  
 exemplum unum & alterum,  
 quod calculum removerit, certè

certiora recensebo calculosorum decoctum *veronicae* saluberrimè forbentium, hinc quemadmodum chinenses herbam *thee* sibi ipsis propriam glorificent, ita nos ob exempla infra legenda, rationesque adductas *veronicam* celebrare possumus. Germanus itaque ego meis Germanis de consilio hoc, scilicet sibi præparent *veronicae* infusum, quid oppignorabitis, fore ut gratias agatis.

§. 49. Absit autem ut hisdem herbæ *thee* detraham laudem, qui itidem non patios, ut meæ *Veronicae* quicquam honoris oc gloriæ detrahezetur debitæ, verum tantummodo puto looge rectius valetudini Europæorum prospectum iri, si *veronica nostra*, quam remedio Japonensium proprio, ut plurimum semel co-  
cto

Sto & præter turgentem titulum  
 parum virtutis habente, vel apud  
 Myropolas longos morante an-  
 nos, novo admodum, insanis fe-  
 re sumtibus, totque tædiis re-  
 demto, uteretur. Naturam e-  
 nim DEO jubente ejus velut  
 defectum abunde resarcire ve-  
 ronicâ videmus. Etiam Aër  
 apud Japonenses benevolis su-  
 perne delatis influentiis impræ-  
 gnatus, hinc fere perpetuo gau-  
 dent vere. Nos contra turma-  
 tim morbi invadunt, quoniam  
 non in locis tam temperatis &  
 bene qualificatis degimus, hinc  
 diversa Aëris temperies diver-  
 sam corporis habitudinem pa-  
 rat, temperamentum corporis  
 sequuntur mores animi, formas  
 & mores hominum regionis na-  
 turam imitantur & Terræ pro-  
 ducta, ipsius naturam induunt,  
 his

his positis luce clarius adparet  
 meridiana, Aërem viz. vitam, &  
 cibum & medicinam Europæo-  
 rum à Chinenfium longe lateque  
 discrepantem. Consideret quis  
 eorum diætam solidam & no-  
 ftras lautitias & opus dædalorum  
 chaos, vina adufta & generosa,  
 & cerevifias cerebri & ftomachi  
 custodem perturbantes. Per-  
 pendat quis illorum sobrietatem,  
 noftrorum ebriositatem, utpote  
 quæ vix curabile ftigma noftris  
 corporibus inurere potest; Quis  
 quæfo dicet, Europæis prodesse  
 remedia Japoniis prognata. Sit  
 igitur apud hos herba utilis, e-  
 dulcet quodammodo acrimoni-  
 am tenuium humorum in cor-  
 pore, fubtiliter intret venas &  
 arterias, eliminat quicquid est  
 impurum, inducat blandam per-  
 cutim exhalationem, urinam  
 pellat,

pellat , unaque arenosum sabu-  
lum exportet è renibus , faciat  
ad eradicandam deformem scor-  
buti vel alius mali moris morbi  
picturam , dissolvat glaciale  
materiam , altigat nauseosam di-  
spositionem per firmationem  
membranarum stomachi , ceu  
pluribus lineis depinxere & ma-  
gnificis cohonestarunt encomiis  
*Viricerti ac fide dignissimi.* Euro-  
pæos tamen , etiam si per aliquot  
tempus sumatur non tam felici-  
ter illuminabit & nullus dubito ,  
quin *veronica nostra* in regioni-  
bus chinae alium etiam succes-  
sum habuerit. Neque urgebo  
pretiositatem , si enim in china ,  
docente b. *Pauli* , libra una 140.  
floreus veneat , quis quæso in  
Europa sibi comparare vellet .  
An vero illa quæ apud nos octo  
thaleris æstumatur non sit adul-  
terata

terata, considerent illi, qui pluris  
*thee* æstumant & annon subfit,  
 impostura, dijudicent illi quorū  
 interest, ne universa Europa,  
 suis fortunis in hac præsertim,  
 nummaria difficultate exuatur  
 ac fraudulenter pecunia emun-  
 gatur.

§. 50. Hæc si â Lectore pen-  
 si culatius perpendantur omnia  
 verba ad rationis stateram ad-  
 pensa examinentur accuratissi-  
 me, nec dubito, quin eo mecum  
 abeat ac in eam descendat sen-  
 tentiam, *Veronicam* vires herbæ  
*thee* Asiaticorum præstare, vel  
 saltem, hac destituta, illi surroga-  
 te posse. Etiam heic neminem  
 cogam mihi calculum adjiciat,  
 in hac re, neque adversus b, *Præ-*  
*ceptorem* cervicem erigam, qui  
 persimilem eam facit *rorisnari-*  
*uo*, quemadmodum nec Clarissi-  
 mis

mis Viris *Carrio & Junksbenio sal-*  
*viam & baccas juniperi* cum ea  
 comparantibus hisdem oblu-  
 etor, qui omnes vires ejus ma-  
 gis considerarunt, ipsam verò  
 externam & internam si consu-  
 lamus omnino nostrati *veroni-*  
*cæ* simillima apparet, hinc opus  
 amplius non habemus hoc secu-  
 lo per terram, mareque petere  
 eam, quæ præ foribus nostris co-  
 piosissime nascitur, jamque utili-  
 tatis radios longe, lateque dif-  
 fundit medicos in campos spa-  
 ciosos, estque plenum divinita-  
 tis munus à summo Numine,  
 mortalibus nobis Europæis con-  
 cessum, nullis partibus nocu-  
 mento, cujus symbolum erit  
 ὠφέλειον ἢ μὴ βλάπτει. Et quid *Evan-*  
*gelista Medicorum* c. 14. de *Simpl.*  
 p. 42. de *fumaria* dixit, id majo-  
 ri & veriori jure de *Veronica* di-  
 cere

cere possum, esse viz. è medici-  
 nis benedictis, verum exube-  
 rantiam ejus eximisse eam è nu-  
 mero medicinarum pretiosa-  
 rum. Salve itaque benedicta,  
**VERONICA!** Salve herbarum  
 regina! præstantissimum natu-  
 ræ donum, vulneris auxilium,  
 cui tot hominum vitæ sunt con-  
 creditæ, Tibi fit laus & gloria  
 præ multis terrarum herbis. Ex  
 illo etiam tempore, quo antece-  
 dentem evulgaverim opellam,  
 cœpi ægris meis, imprimis te-  
 nuioris hominibus fortis ( nam  
 opimioris ejusmodi fastidiunt )  
 frequentius eam præscribere,  
 nec facti pœnitet, morbos enim  
 fere incurabiles usu ejus domi-  
 tos vidi, & notatu dignissima  
 circa eventus *Ephemeridibus no-*  
*stris* de die in diem inserta fuere,  
 quorum nonnulla heic breviori  
 ser-

sermonis genere adducemus, ut  
fidem meis addam verbis.

Curatio I.

Mulier annorum 75. cui res  
angusta domi *veronicæ* pulveris  
usu continuo cum melle sumti,  
ab asthmate & tussi continua ple-  
narie liberata.

Curatio II.

Recordor ego abhinc unde-  
cim annos, mulierem quandam  
pertinacissimo asthmate fuisse,  
correptam, quod deinde hydro-  
pem in socium sibi asciverat,  
multis purgantibus irritis & ma-  
lo vegetiori facta, ad nostras ma-  
nus curanda se recepit, ego per  
meam methodum curandi istius-  
modi morbos incedens sequen-  
tem Mixturam pulmonum ma-  
teriam viscosam bronchiis fixe,  
inhærentem attenuandam ordi-  
navi, R, herb. *veronic.* mx. rad.  
liqui-

liquirit. unc. i. decoq. in aq. plu-  
vial. q. f. expr. fortiter & colat. add.  
aceti simpl. unc. vj. roob. junip.  
q. f. f. Mixture, qua DEI gratia  
adstantium ingenti admiratio-  
ne ab hoc funesto morbo eam  
vindicavi & vitæ asserui.

### Curatio III.

Comperi pulverem herbæ *ve-  
ronica* ʒβ pondere singulis vici-  
bus bis quotidie in aquæ *Salviæ*  
propinatum ex sententia contu-  
macissimam tussim atque diu-  
turnam persanasse.

### Curatio IV.

Vera dico & refero secutus  
aliorum experimenta, me recor-  
dari Viri ejusdem loci proximi,  
qui tantos renum & vesicæ do-  
lores patiebatur, ita ut jurasses,  
mox illum ex hac vita migratu-  
rum, hydromel *veronicatum*  
ex suasu meo sæpe numero as-  
sum-

sumsit , qua arte non solum à calculo fuit vindicatus , verum uxorem etiam duxit & pulcra prole parentem fecit.

#### Curatio V.

Recordor cum adhuc puer decennis mense junio filius vicini mei à cane morsus fuisset , Chirurgum nomine *Elias Walther* ei dedisse consilium , ut actutum *veronica* recenter contusa cooperiret partes læsas , quo facto & benedicente DEo intra quatuordecim dies ex sententia sanatus fuit , jam superstes pater quatuor filiorum.

#### Curatio VI.

Quidam sceniseca ab alio in pede valde vulneratus , alia remedia nulla cum ad manus essent , suafu vetulæ sola herba *veronic.* parum conquassata obducta sanatus fuit.

Cura-

## Curatio VII.

Recordor curam, qua sublevatus fuit Vir quidam mihi conjunctus, tunc 40. & ultra annos agens. Hic cum in hydropem incideret comite febris à Medicastra sex septimanas male & voto minus respondente fuit tractatus, tandem perniciosis purgantibus fractus me consuluit, cui ego sequens parabam decoctum. *R. h. veronic. m.ij.* vini opt. libr. ij, digere in cineribus calidis horas duas, deinde prægressa forti expressione colaturæ nova herba addatur, post digestionem & colaturam tertia vice novis herbis vinum *veronicatum* adfundatur, hinc digestionem rite peracta, coquantur parum, deinde coletur & serva ad usum. Hujus vini nigri quotidie bis cum vino tria cochlearia cum

cum remissione febris & detumescencia ventris & pedum dedit, & ita integram recuperavit salutem.

### Curatio VIII.

Quidam à vicino læsus vitro, hinc oculus tumefactus & nil amplius videbat, ego in consilium adhibitus & liquorem infundendum ordinavi sequentem. Succus *veronicae* optime depuratus cum paucis caphurae remixto & pulmento ad inflammationem, quibus optime curatus, hinc in glutinandis vulneribus oculorum maxime confert.

Quis ergo recentem *nostram* herbam germanicam, herbae Asiaticorum saepe vetustae, ne dicam omnino inefficacis quandoque & semel coctae *thee* non praeferret?

F

Cura-

## Curatio IX.

Mulier admodum honesta ac pia annos 42. nota post foetum mortuum ope chirurgica frustratim extractum, cum muliebria valde tumerent & inflammata essent, satis deprædicare non potuit cataplasma ex *veronica* in lacte cocta calide sæpius adplicata.

## Curatio X.

Scio Experientissimum Doctorem *Mullerum* præ ceteris frequenter pulvere quodam in calculosis usum esse, cujus partem *veronica* nostra quoque constituit.

## Curatio XI.

Cujusdam præfecti uxor in vicinia præterito vere febris tertiana duplici à semestri detinebatur, ex præmissis Antimoniali ubiquitista, Oleo Sto rorismar. &

& liquore *veronico* supra citato,  
optime convaluit.

### Curatio XII.

Nobilis Bavarus quidam, qui  
se assuefaciebat usu *rhabarbari*,  
jam à nonnullis mensibus *ver-*  
*tiginem* patiebatur, huic malo  
debellando multa, more recepto,  
purgantia, ast omnia vana fuere  
præscripta, tandem firmissimam  
sanitatem DEUS T. O. illi per  
manus meas restituit solo deco-  
cto *veronicae*, sem. coriand. &  
passul. ab illo usu biennio exacto  
semper sanus vixit & adhuc vi-  
vit Patronus æstamutissimus.

### Curatio XIII.

Memini excellentem olim  
Practicum *νὸν ἐν ἀγίοις veronicam*  
ceu specificum in *empyemate* ad-  
hibuisse à cuius usu globuli seba-  
cei verticilla æquantes à juvene  
27. annorum exscreati fuère,

quibus rejectis & continuo usu  
*herbæ* convaluit.

Curatio XIV.

Recordor feminam rusticam  
in pago vicino Berg habitantem  
& dysuria laborantem, quam  
institor temerarius inexcusabili  
modo tractabat, meo autem sua-  
su & DEI benedictione interve-  
niente *veronica* tusa & in buty-  
ro recenti frixa calide pectini  
adplicata semel atque iterum o-  
mnino fuit restituta.

Curatio XV.

Novi mulierem à marito fuste  
& pedibus modo turcico fere,  
exceptam per annum mictu  
cruento vexatam, quæ tandem  
à me *veronica* usum edocta ex il-  
lo convaluit.

Curatio XVI.

Doctor *Melderus* refert, Me-  
dicum extraneum sibi narrasse,  
quod

quod nobilis quidam ulcere pulmonum, tussi & asthma laboraverit, nec à Medicis liberari potuerit, demum per aliquot septimanas decoctum *veronica* maris sumsit & convaluit. Adeo non interest semper multis compositis expellere cum simplicissimis natura gaudeat.

### Curatio XVII.

Præteritis hiemalibus mensibus cœpit *Veronica mea* tussi admodum atroci vomitum concitanti, nocturna præsertim infestari ex liquirit. ficub. rad. enul. ir. flor. impero Aquam decoctam, quam cum ferre nauscabunda valde non posset, aliam & quidem ex *veronica* cum passulis & cinamo ordinavi, qua cum per quadriduum uteretur, tranquillante tussi, fastidire & insuper eam habere cœpit. Accidit autem

tem' cum paupertinæ conditio-  
 nis mulier ex pago Holzschuang  
 corporis gracilis angustia pecto-  
 ris adfecta & tussi ferina tentata  
 panem ostiatim colligeret, me-  
 que ut propter DEum medicam  
 illi ferrem opem exoraret, ego  
 decoctum, cujus pertasa mea  
 erat Coniux, una cum aliis no-  
 vis speciebus dedi, quæ usa isti-  
 usmodi simplicissimi decocti spa-  
 cio paucorum dierum integre  
 restituta ovans gratias egit.

#### Curatio XVIII.

Ab homine plebejo accepi  
 certo experimento tolli ulcuscu-  
 la narium erodentia, si viz. ex  
 pulvere *veronica*, ceruss. venet.  
 & tantillo axungiaë anguillaë lini-  
 mentum concinnetur & eo in-  
 ungantur.

#### Curatio XIX.

Retulit mihi chirurgus juve-  
 nis

nis se vidisse in peregrinationi-  
 bus suis quosdam succum *vero-*  
*nica* depuratum successu optimo  
 gonorrhæa laborantium per si-  
 phonem peni infudisse. Nec  
 citra rationem, injectione enim  
 hac particulæ seminis acres elu-  
 untur & ipumascentia ejacula-  
 tionem instigans corrigitur, hoc  
 etiam, vel loco hujus decocto  
*veronica* ore sumto, duplicem  
 deprehendes viam istiusmodi  
 miasma Salinum debellandi.  
 Particulæ enim alcalinæ decocti  
 ad acidum subjugandum aptissi-  
 mæ, postea vehiculum harum  
 calidum per se succos in corpo-  
 re attenuat, agilioresque reddit,  
 constat enim vermiformibus al-  
 calinis imprægnatis particulis,  
 quibus in corpore acuminatæ  
 involvuntur & implicantur, quas  
 deinceps per renes & vias uri-

narias ex corpore secum rapit. Heic videmus non levi brachio & perfunctorie quid præscribentes & auctoritatibus fidentes, sed experientiam ex scientiæ & scientiam ex experientiæ habitu exercentes orthodoxos Medicos esse. Hinc ego (*absit omnis jactantiæ fastus, qui à nostro candore alienissimus*) ab ipsis tyrocinii annis, ex quo genium sapientiæ cognoscere per ætatem potui, pluris putavi rei veritatem quam auctoritatem sive dicentis sive scribentis æstumandam.

### Curatio XX.

J. H. P. diu ad dolorem capitis ex acido stomachi vitioso prognatum decocto *herbæ theæ* casè utebatur, tandem me suafore felicissimo successu *veronica nostra* eodem modo utitur, seque

que à dolore diurno vendica-  
vit.

### Curatio XXI.

Ægrum habui qui circa ve-  
esperam plerumque dolore capi-  
tis atrocissimo laboraverat, diu  
quidem ab aliis medicamentis  
vexabatur sexcentis, tandem  
in manus meas curandus incidit,  
hinc cum eum à scorbuto ortum  
ducere judicavissem, *veronicam*  
& trifol. fibrinum cum passulis,  
præmisso vomitorio, ordinavi,  
tanta cum utilitate, ut paucis  
diebus fuerit curatus. Hanc  
nostram methodum Præfectus  
ille, cujus mentio facta in *lucu-  
bratione nostra de Mercurio leta-  
liter propinato* p. 47. felicissime  
expertus fuit.

### Curatio XXII.

Cum aliquando ad filiolum  
civis mei vocarer, inflationibus

hypochondriorum laborantem,  
 autor fui, ut *veronica* in butyro  
 frixa dolenti loco adplicetur, in  
 cuius usu quatuor dies bis in die  
 perseveravimus, in quibus inte-  
 gram, & firmissimam recupera-  
 vit sanitatem.

Curatio XXIII.

Studiosus bonarum artium,  
 scabie foeda diu laborans præ-  
 missa purgatione consueta sim-  
 plici decocto *veronico* pristina  
 sanitate absque ulla aliorum re-  
 mediorum adplicatione fuit do-  
 tatus. Aqua ex illa *Alata* dictum  
 mirum quantopere sudores mo-  
 veat, ego lubens loco fumarie  
 aquæ *veronicae* aquam surrogare  
 soleo.

Curatio XXIV.

*Veronica* adeo urinam ciet, ut  
 norim quodam experimento  
 virginem quandam solius *vero-*  
*nicæ*

*nicæ* decoct. in quo ʒß lap. cancr. assumserat, ab ischuria tres dies durata vindicatam, quæ spacio bidui 15. florenos alias impune contriverat.

Curatio XXV.

Erat puer decem annorum cum dimidio qui pustulis & impuritatibus faciei diu laborabat, ego brevi sanatum illum vidi ope Antimonii diaphor. aliquoties dati, & *veronic.* decocto interne & externe usurpato.

Curatio XXVI.

Recordor me vidisse fœminam mendicantem usu solius *veronicæ* scabie sicca 15. annos durante liberatam.

Curatio XXVII.

Puella unius anni inflationibus hypochondriorum obnoxia nihil à parentibus quicquid ab mulierculis medicastis sperari

potuit intactum relictum, at in-  
 cassum omnia, tota consumpta  
 incurabilis censetur, ne autem  
 sine Doctoris visitatione diem  
 clauderet, Parentes, ut tamen, si  
 non Medici, Amici vices susci-  
 perem, me rogitabant, obtem-  
 perans præscripsi enema ex de-  
 cocto *veronica* sæpius iterandū,  
 & potionem ex aq. *veronica* cum  
 brodio passul. m. remixta coch-  
 leatim sumendam, quibus per-  
 fecte convaluit adhuc vegeta &  
 sana. Affirmo urinam reddi-  
 tam paulo post sumta medica-  
 menta adeo graviter oluisse, ut  
 omnes domesticos averfaretur.

#### Curatio XXVIII.

Cum aliquando Textor qui-  
 dam catarrhis valde obnoxius,  
 annorum 43. gravi coryza labo-  
 rasset, ei feliciter commendavi  
 decoctum *veronica* cum bacc. ju-  
 nip.

nip. rec. & sem. foenic. quo rite  
 usurpato se postea ab iis præser-  
 vavit.

### Curatio XXIX.

Fere è memoria elapsa cura,  
 qua exactis undecim annis sub-  
 levatus fuit juvenis peregrinus  
 annos 26. natus summæ mendi-  
 citatis, verum bonis imbutus  
 moribus, qui in summa marco-  
 re, difficili respiratione, tussi mo-  
 lestissima & excretionè purulen-  
 ta ad me curandus venit, cum  
 vero non haberet, unde medi-  
 camenta solveret, nostro suasu  
 roob *veronica* ad 30. dies usus est,  
 quo symptomatibus mitioribus  
 factis, Elix. P. P. f. a. guttatim su-  
 mendum iussimus cum vino,  
 quibus paulatim pristinam recu-  
 peravit sanitatem, mihi pro gra-  
 tiarum actione artem meris pun-  
 ctulis pingendi relinquens.

## Curatio XXX.

Puero qui præceps per scalas decidebat, quo sanguis grumes-  
cens dissolvatur, decoctum *ve-*  
*ronicae* dedi cum *εὐφρασίας* alio isti-  
usmodi subsidii genere non indi-  
genti.

## Curatio XXXI.

Ex paupercula rustica habeo,  
se plurimis fœminis optime con-  
suluisse mensibus nimis labo-  
rantibus solo pulvere *veronicae*  
cum roob acaciæ, dato. Hæreo  
an Præcticorum experientia con-  
firmatum sit, herbam *thee* apud  
*Europæus* idem præstitisse.

## Curatio XXXII.

Recordor periculosam capi-  
tis tineam cuidam ruricolæ o-  
mnibus aliis non infimis medi-  
camentis in cassum propinatis,  
usu decocti *veronicae* curatam.

## Curatio XXXIII.

Recordor juvenem cis paucos annos cachexia icteritia, comitibus anorexia & vigiliis quinque menses laborasse, cum ille antidhac feбри diurna vexatus fuisset, nec ullum auxilium & levamen ex remediis à me & aliis Medicis præscriptis persensisset, Deo benedicente præter spem omnium restitutum fuisse usu decocto *veronicae* in vino austero, quo, ab mendica quadam muliere bibere jussus erat, mane jejunus & vesperi cubitum iturus.

## Curatio XXXIV.

Faber lignarius quidam se ipsum ascia lædens solam *veronicam* five aridam five viridem præmandit ac loco adfecto applicat & ita spacio bidui vulnus consolidatum est.

Cura

## Curatio XXXV.

Viro cuidam cum mictu  
 cruento laboraret, cataplasma  
 ex herba *veronica* & Aqua ferra-  
 ria confectum dorso adplican-  
 dum curavi & felici successu hu-  
 jus solius remedij usu ( cum  
 interna respueret ) restitutum e-  
 undem recordor.

## Curatio XXXVI.

Cum nuper vir quidam septē  
 dies dolore renali versus urete-  
 res atrocissimo laborans à Medi-  
 co quodam peregrino frustra  
 tractaretur, ego vero vocatus  
 ordinavi cataplasma ex *veronica*  
 cum Oleo lini confusa perinaeo  
 linteo in volutum calide, quam  
 ferre potest, adplicatione, urina  
 copiose profluit & à dolore liber  
 penitus evasit.

## Curatio XXXVII.

Retulit mihi, cum olim Witte-  
 bergæ

bergæ studiis incumberem, mulier quædam lotrix, cum dolor finistrum crus per intervalla invadens, plurimis remediis mitigari non potuisset, eum cessasse tandem dum *veronicam* in vino & aqua dolenti pedi adplicuisset, hinc etiam nostra vi prædita est anodyna.

Ratio XXXVIIII.

Coqua Parochi cujusdam fere sexagenaria diu ulceribus tibiarum dolorificis laborabat, cum vero balneator illius loci integros quinque menses frustra infumisset & topicis suis & solitis purgationibus nihil boni perficere potuisset, ego ad eam advocor, re verò rite considerata universam sanguinis massam à saburra scorbutica repurgandam & decocto ex *veronic. trifol. fibrin. & cinam.* ad 20. dies usque per-

gendum esse statuimus, externe  
 verò nil nisi succus *veronicae* ex-  
 pressus fuit adplicatus & intra  
 hos dies firmissimam recupera-  
 vit sanitatem. Hinc, (quod obi-  
 ter noto) defocius merito no-  
 minandus, qui non alterutro o-  
 culo scorbuto respiceret in mor-  
 bis istiusmodi chronicis, etiamsi  
 scorbuti signa pathognomoni-  
 ca in oculos non incurrerent,  
 v.g. maculae nullae in iis adpare-  
 rent, ast si efflorescerent vel vul-  
 gus magno illorum probro no-  
 visse morbum dignoscere.

#### Curatio XXXIX.

Recordor quendam facella-  
 num primissarium, qui ex im-  
 puri triobularis scorti concubi-  
 tu ob stultitiam suam hoc pretii  
 loco abstulerat, ut pustulis in pe-  
 dibus circa pudenda & os cor-  
 riperetur, post vomitorium con-  
 sue-

fuetum meo suafu decocto *veronica* cum lign. junip. roob bacc. juniper. edulcorato restitutionē in integrum fuit consecutus, ast sanus factus mei immemor pristinam cantilenam cecinit, tandemque Mulomedico docenti sua arte suis hac lue infectis medicatum fuisse, sese concedidit, cuius methodo usus ad plures magno cum damno honorum tandem inops debitor in Xenodochio vicino misere mortuus est.

### Curatio XL.

Juvat unicam adhuc adjicere curam: Laborat *Ruprecht Selknerus* curator lignorum pagi Elchingensis, *Stoffenried* per annum & ultra sanguineæ & purulentæ materiæ expuitione, fastidio omnium ciborum & extenuatione quotidiana, nil proficien-

cientibus Medicis, quem ego exhibitione nostræ *veronicae* per menses curavi.

§. 51. Quæ sanè virtus neuti-  
quam ab incisuris foliorum, col-  
ligenda est, maxime enim nu-  
gari illi Botanographorum vi-  
dentur, qui ex folis *signaturis*  
non verò experientia & ratione  
adhibita vires herbarum venan-  
tur. Inanis est *verericam* aspe-  
ritate sua illas fordes, vias pul-  
monales & urinarias obsidentes,  
fluxumque urinæ morantes e-  
verrere, quasi verò in corpore  
non lævigetur? aut si non læ-  
vigetur, ob eandem asperitatem  
non molesta esset ureteribus? Si  
verò ferrata signatura virtutem  
vulnerariam indicaret, ranuncu-  
lorum omnium species, item a-  
conitorum, quorum folia, quan-  
ta quanta sunt, ferrata sunt, pana-  
ceam

ceam esse vulnerum & ulcerum, imprimis pulmonum, quia simul eorum formam repræsentant, imo anemonæ quædam idem quod *Veronica* præstabunt ob modo dictam signaturam, ast quis vel dupondius tyro fando accepit, vel anemonas, vel ranunculos vulnera sanare, quis quæso audebit succum aconitorum ea indicatione vulneribus instillare? *Choræbo*, qui moliretur hoc facinus, *esset stultior*. Observet hoc Censor <sup>νερόδοξος</sup> meæ *Veronicæ* ante annum & quod excurrit *Ulmæ* editæ, qui signaturam contra me propugnabat & pro sententiæ suæ robore ex inepto libello *Crollii* ( *ceu Magnus Conring. adpellat* ) adferebat *rad-scrophular.* utpote quæ strumis, quarum figuram refert, omnino opitulari videtur, ast  
non

non his tantum sed & aliis adfectibus v. g. febribus malignis, peste, lumbricis, lue & aliis ejusdem farinae remedium praestans est, ut dubites, utrum potiori jure in his quam strumarum morbis queas commendare, hinc magis vis ejus videtur ab alkali occulto & blando, quam figurâ externa, oriri, item *veronica* virtus magis derivatur à Sale quasi Salso, sed occultè alkalino, cui corrigendi acidum, vulnerum vis inest, quam figura ferrata, cujus index est sapor veronicæ ex amaro nitrosus. Possessem heic per exempla calamum laxare, nisi brevitati studerem. Ceterum censori meo auctoritatem *Crollii* magni æstumanti oppono auctoritatem *Hofmanni* Clav. Schröd. p. 39. cui calculum addunt *Exccl. Barthol. Med. inquilin.*

*quilm.* p.21. doctissimi *Grube de*  
*Med. simpl. cognit.* p.31. qui elegan-  
 tissimis rationibus evincunt, si-  
 gnaturam herbarum cerebri fig-  
 mentum esse, quorum verba sic-  
 co pede transimus ne ex eorum  
 citatione centesima surgat pagi-  
 na.

§. 52. Obiter his & velut *παρέε-*  
*ως* lubet attexere collectionem  
*veronicae*, quando scilicet sui vi-  
 goris terminum attigit, hinc cir-  
 ca medium maji, cœlo sereno  
*veronica* est colligenda, illo enim  
 tempore *leffas* est exaltatum &  
*Archæus* flosculos protrudere  
 meditatur, adparentibus vero  
 flosculis folia non amplius sunt  
 efficacia, quod expertus dico.  
 Et hoc ferè tempus est, quo chi-  
 nenses herbam *thee* colligere  
 solent, nempe præcisè die 3.  
 maji circa horam duodecimam  
 meri-

meridianam quemadmodum ex  
*Thom. Aydenii Epist. de ponderibus  
 Sinenſium Curioſus auct̄or Colloq.  
 germ. Menſ. decembr. Anno 1689.  
 p. 1212. perhibet.* Lege ſi habes,  
 ſique vacat hunc *Auct̄orem*, nec  
 te perlegiſſe pœnitebit, mihi vo-  
 lupte non eſt omnia & ſingula,  
 quæ pluribus heic citantur, ſub  
 examen revocare, ne cui forte  
 videar *ἢ ἀλλοτρίῳ χορῶν πόδα ἕθεσται.*  
 Unicum adhuc ex eo addendū,  
 Chinenſes adeo ſuperſtitioſos  
 eſſe, ut ceteros dies & menſes  
 negligant, vel collectionem non  
 fieri feliciter credant, quos ta-  
 men cum ceteris fiderum aſpe-  
 ctus ſtudioſe obſervantibus &  
 herbarum ſecundum influentias  
 ſtellarum collectoribus nos ſub-  
 lato cum riſu digito diſeremus  
 cum verbo *PROBA*, quo *Ma-  
 gnus Hofmannus* olim occulta-  
 rum

rum defensoribus qualitatū ad-  
rīsit.

§. 53. Et hæc quidem, DEO  
suppetias ferente, hæctenus de  
*Veronica* recetiorum & *thee* Asia-  
ticorum, earumque in medendo  
viribus. Nunc id unum reli-  
quum est, ut esdem fine adpara-  
tu operoso & fructu nihilomi-  
nus salutari in usum opportunè  
vocemus. Postpositis itaque,  
præparatis & formis in *tractatu*  
*superiori* p. 43. & seq. citatis uni-  
cam hæc viam aperire, decretum  
est, non ita frequenti usu publico  
tritam & tamen ubi ad rerum  
testimonia venit, humano ge-  
neri impense salutiferam, quæ  
est simplex præparatio, certusq;  
usus ejus. Præparatio Asiaticis  
populis familiaris quam & Eu-  
ropæi mutuam petere cum mi-  
nori tædio bibatur & paucissi-

G

mis

mis fanitas humana constet ex-  
 pensis, fas erit. Consuatur *ve-*  
*ronica* grosso modo incisa linteo  
 sacco, superfundatur aqua fer-  
 vida ad supereminentiam sex di-  
 gitorum in latitudine, stet in ur-  
 ceo lapideo in digestionem qua-  
 drantis horæ spacio vel ultra,  
 interea ne segnescat calor tantil-  
 lum subinde ferventis illius a-  
 quæ reliquæ tum urceo infun-  
 datur, tum adfundatur liberaliter  
 exterius. Ubi jam subtiliorem  
 plantæ virtutem aqua combibit,  
 adeoque flavescit satis poculo  
 excepta, saccharo pauco remissa  
 calidissime exforbetur. Nihil in  
 hac præparatione virium nativa-  
 rum peribit, nec in sapore em-  
 pyreuma metuendum, neque ut  
 Medicina vetustate exoleta sit,  
 sed unica tantum ebullitione  
 præparatur, & spacio quadran-  
 tis

tis horæ si id præparandæ sanita-  
tis cura persuaserit, calyces ali-  
quot evacuari possunt, qua for-  
bitione aqua se promte omnibus  
insinuat poris & blandas lenesve  
in sanguine excitat fermentatio-  
nes, qua intestina lueta, quicquid  
est acidi vitiosi & austeri viscidi  
pededentim inciditur, sanguis  
purificatur & viis reseratis & au-  
cta imprimis in lecto diaphoresi  
è poris extruditur.

§. 54. Nec audiendi sunt  
*ἡγεμονοποιῶν* ceu vilem & vel bestiis  
invisam contemnentes, gulam  
cujus sunt mancipia, non ratio-  
nem sapit hoc quicquid est judi-  
cii. Quamobrem plurimi illo-  
rum ratio putatur, qui frigidæ  
dissuadent aquæ ingurgitatio-  
nem ventriculorum reliquorum-  
que viscerum debilitatem & re-  
laxationem minitantem, aquæ  
G 2                      calidæ

calidæ enim, quamvis largiter  
 bibantur, ventriculi fibras non  
 relaxant, sed sine obstaculo sub  
 vaporis forma egrediuntur è  
 poris, illasque adstringendo, quæ  
 vis *veronica* inest, roborant. Vi-  
 demus enim toto die, quam æ-  
 grè alias pulveres assumant ægri,  
 quam cito à pilularum usu, præ  
 nausea desistant, quam molestè  
 ferant mucida miseris quandoq;  
 in ollis decocta, quam displiceant  
 firubi *Torquato pressi consule*, hæc  
 vero recenter infusa, iis hodie,  
 familiaria, qui in *thee indico* &  
 delicias & sanitatem venantur,  
 minoritædio bibuntur.

Cur non & horum sequamur  
 consuetudinem, quos tamen A-  
 tavi nostri fumum tabaci ex In-  
 dis transportantes in Europam  
 secuti sunt, idque eo magis, quia  
 habemus herbam vernaculam,  
 quæ

quæ morbis alioqui fere inexpugnabilibus frænos injecit multorum & mea experientia contestante. Nec ratio reclamat, aqua enim calida particulis *veronicae* alkalicis remissa subito ab intestinis rapta & sanguini ipsi adhuc calens communicata ibi tubulos angustatos vel penitus occlusos facilius aperit, fœces exturbat & Spiritus animales ligatos quasi emancipat. Magis etiam homini naturalis est potus calidus, quia cetera animantia fontes bibunt, cui suffragatur *Antonius Persius* Tract. del bever caldo. sub finem capitis 5. dicens: *anzi vo dir questo, con pace di Plinio & di chi altrimente sente, che sia piu naturale il bever caldo al huomo, che non e il freddo.* Sunt qui à potu frigidaë immaturum sibi accelerarunt.

orbitum, adeo nervis, vulvæ & cerebro & ab his ortis est inimica aqua frigida, contra nulla res elementaris adeo cum vitali luce infita symbolizare solet, atq;  
 τὸ θερμόν.

§. 55. Heic satis non possum mirari, hominibus, quod alias valde displicuit, tanopere postea placere posse & ex quibus olim molestia trahebatur, jam grata & accepta esse, omnibusque collibere. Corpus & vestimenta unguentis oblinere non omnibus imprimis munditiei deditis placet, & tamen olim unguentorum usus *Persis* & *Ægyptiis* adeo adrisit, ut toto die maduerint unguentis & oleis, quin etiam inter laudatissima vitæ bona unctio- nis voluptas admissa fuit. A thermis omne ferme animatum abhorret, nihilominus tamen fa-  
 ctum

Etum est ut nihil tritius Romæ &  
 in Italia tota thermarum nomine  
 haberetur, imo historiæ docent  
 quosdam septies in die balneaf-  
 se, inque iis cœnitasse. Cis pau-  
 culos annos fumum *tabaci* fasti-  
 dio adspernabamur, brevi verò  
 post non tantum plebeji sed &  
 Magnates & litterati, ipsæque  
 fœmellæ eâdem *tabacomania* agi-  
 tabantur, jam iterum fumus ille  
 displicere, attractio verò pulve-  
 ris illius herbæ vel per se vel aliis  
 ingredientibus exaltati, item a-  
 quæ flor. anthos (*quæ vulgo l'eau  
 de la Reyne d' Hongrie dici solet*)  
 per nares in usu esse cœpere.

*Θεμιστοσία* antiquis consueta de-  
 nuo in luxum vetitur occasione  
*thee*, an verò hæ vicissitudines  
 vel cogente necessitate, vel no-  
 vitatis vel spe commodi usibus  
 fuerint introductæ, cum ad nos

nil attineat , intactas relinqui-  
 mus. Neque nostrum erit, in-  
 dagare, utrum frigida vel calida  
 corpori commodior sit, cum ef-  
 fato *Coi nostri* lib. *περὶ ὑγῶν χηρίσιος*  
 lin. 35. edit. Foesianæ utraque  
 noxiam adferat id urgebo hac  
 vice, loco herbæ *thæe* ab exteris  
 ingenti emptæ pretio , aliam  
 minus sumtuosam herbam, viz.  
*veronicam* in usum *Europæis* ma-  
 gis commodiorem trahi posse.

Nec sapor nostræ *veronicæ* ad-  
 modum invisus, ut bibentem  
 abhorreat, adeoque utilissimum  
 hujus potionis usum vel inhibe-  
 at vel retardet, amarus est , uti  
 dixi, verum absque mordicita-  
 te & nausea. Adhæc nec dulce  
 omnibus probatur, hinc oppido  
 corrigi potest appropriato quo-  
 dam.

Apparatus simplicissimus est  
 &

& promptus usui, quid facilius  
 quæso, quam siticulosi febrici-  
 tantibus infusum *veronica* para-  
 re? nec tam cito pendulus fit,  
 potus & in mucum resolvitur,  
 ceu potibus plerisque factitiis  
 est proprium, nec in igneo Spiri-  
 tu sanguinem inflamat, quam-  
 vis in morbis fervidioribus, cau-  
 so viz. febribus hungaricis cali-  
 ditatis gradus notentur velim.  
 Quibus aqua sordet recipiatur,  
 jusculum carnis, concedo, ve-  
 rum cum id particulis Oleosis  
 & nutritiis sit imprægnatum, ad  
 recipiendas *veronica* particulas  
 non ita idoneum est, quemad-  
 modum aqua ex folis constans  
 particulis aqueis, quæ etiam per  
 se fante *Cardano tract. de libris*  
*prop. p. m. 36.* omnibus morbis  
 auxiliatur, vitam in longissimum  
 ævum producit, Perpetuaque in

sanitate hominem servat. lactis non alia sunt fata, crassius est, quam ut particulas extrahere possit, caleosæ & butyrosæ particulae omnes feri occuparunt poros, ut *veronicae* particulis recipiendis non sufficiant. Nec nostræ cervisiæ sunt heterogenitate vacuæ, quarum nonnullæ cibi potusve suppleunt vices. Nec vinum aptum menstruum est ut in noxiè *veronicae* particulas immutatas sanguini misceri queat. Hi enim liquores potius sanguinem incrassant, vel nimis attenuant, vel acidum austerum & falsum reddunt, vel fermentationes augent, ut hinc nullum menstruum purius & aptius reperiat, ad *veronicae* particulas integris viribus ad angustissimos capillarum vasorum anfractus deferendas ipsâ aquâ non COS. quam

quamvis considerantibus mor-  
bis , ægristempore & loco hæc  
nonnunquam loco aquæ puræ  
commutari possint. Nec est &  
cachexia & hydrops metuatur,  
cum supra *veronicam* , qua dia-  
phoresi, qua diuresi referatis po-  
ris aquam educere , aliosque  
stagnantes succos magnâ effica-  
ciâ secum rapere , ostensum  
fit.

§. 56. Et hæc est nostra *Veronica*,  
de qua denique rei herba-  
riæ studiosus sciat me triginta,  
duas species ejus admodum ad-  
spectu jucundas collegisse, easq;  
ne tam cito à blattis consuman-  
tur, nativis coloribus ad umbras-  
se, non negligenter (absit  $\psi\phi\theta$ )  
siquidem à pueritia artis pictoriæ  
studium mihi fuit acceptissimū.  
Harum plurimas nostrates offi-  
cinæ hodie temnunt, quamvis

non plane nullius frugis æstuma-  
ri debeant.

In gratiam etiam *Φιλοβολώνων* no-  
to, me cis pauculos dies propter  
hortum quendam in monte de  
*Croco* nominato *veronicam* singu-  
larem repenti similem flosculis  
candidis punctulis puniceis ele-  
ganter pictis reperiisse, quam  
cum ceteris vivis depictam af-  
fero coloribus. Nullibi lætio-  
ri proventu *veronicam* pullulare  
observavimus quam in ericetis  
& montibus silvosis circa no-  
stram *Ulmam*, imprimis quorum  
arbores ante annum vel bienni-  
um cæsæ sunt, ubi non tantum  
oculos corporis sæpe amænissi-  
ma illa herbulâ, sed & animi o-  
culos dulcissima meditatione  
pavimus, cum virtutes ejus cu-  
riosa mentis expenderemus tru-  
tina. Observari heic quoque  
mere-

meretur, quod & aliæ species *veronica* circa nostram *Ulmam* soleant succrescere, sic in locis pacuis & apricis, carbonariorum, clivosis & arvensibus & quercubus germinatam deprehendi, quas Pharmacopæi indifferenter emunt, sua serim tamen montanum præferatur omnibus cum, ut in *Præfat. Dioscoridis* lib. I. ad *Arcum* legere est, magni referat, si ista loca, in quibus herbæ germinant clivosa & ventis sint exposita ac perflata frigidaque & aquis carentia, quoniam in his earum vires longe validiores intelligantur: Contra vero eæ quæ in campestribus riguis & opacis, ceterisque locis à vento silentibus enascuntur, plerumque degenerant, ac viribus minus valeant, sed multo magis si non tempore opportuno colligantur

aut per imbecillitatem intabue-  
 rint. Quæ itaque montibus ad-  
 nascitur omne fert punctum &  
 præ aliis utamur, cum *leffas* ejus  
 multo felicius corpori morbofo  
 succurrat, quamvis aliis in locis  
 etiam minime contemnendam  
*veronicam* reperiri. Sic *veroni-*  
*ca* in locis carbonariorum reper-  
 ta, magis nitrofa, quemadmo-  
 dum terra circa *veronicam* colle-  
 cta & beneficio elixivationis Sal  
 nitrosum centrale fali fixo *vero-*  
*nica* æquiparandum adipiscitur.  
 Crescens vero super venam fer-  
 ri, magis stomachum confortat,  
 secus fiet, si super terram noxiam  
 & pravis succis imbutam creve-  
 rit, ceu D. *Melderus* reliquit, cu-  
 jus hæc sunt in gratiam eorum  
 hoc Auctoris Misto carentium  
 verbotenus recensita verba, :  
*Tandem non omnis fert omnes her-*  
*bas*

*bastellus, sed fere unaquæque herba propria terra delectatur, hinc enim borrago latius crescit • quam centaureum, ibi cichoreum latius germinat quam nasturtium, hæc terra copiosè fumariam profert, ibi non reperitur, cujus defectum tribuo locis aridis & siticulosis. Contra jam herbae quaedam arripiunt malignitatem & putridis & arsenicalibus halitibus è latebris terræ provenientes, quaedam vero bonam qualitatem ex terra, in qua reperitur Nitrium, vel Mars vel gypsea materia.*

§. 57. Sed jam supra occasione *veronica* facta est mentio Patriæ meæ dulcissimæ *Ulmæ*, cujus situm enarrare heic neutiquam præterire possum. Sita itaque est ad radices Alpium suevicarum in loco amœno & jucundo, ventis exposita salubribus. Dictâ

ULM

ULM volunt quasi V. Legionis  
 Mansionem, quæ heic antiquis-  
 simis temporibus à Romanis  
 collocata in præsidio fuerit, vel  
 dictam esse ex germanico OLM  
 animalculo ignem pertinacius  
 respuente, quod Ulma inter mi-  
 seriarum & calamitatum belli-  
 carum flammâs semper triumphet  
*Curiosus Hermes secundus credit.*  
 Verum verior est eorum opinio  
 dicentium, salvis tamen aliorum  
 punctis, nomen ei inditum esse  
 ab ulmorum multitudine, quod  
 adhuc dum probare videtur vi-  
 cus urbis, **Die Ulmer Gassen** di-  
 ctus. Hanc seculo quarto post  
 C. N. conditam esse vetusti An-  
 nales tradunt. Maximas cala-  
 mitates perpeffa, tempore viz.  
 Clodovæi Galliarum Regis &  
 Lotharii Imperatoris, sed sem-  
 per iterum ex ruinis instaurata,  
 ad

ad annum verò 1300. usque muris caruit, fossis postea piscosis, turribus & propugnaculis admodum fortibus munita ut cum multis aliis *Germaniæ* urbibus facile jam contendiqueat. Hodie splendidis ædificiis privatis tanquam publicis exornata cernitur, præsertim vero Templo summo prorsus admirando in umbilico quasi urbis posito & lapidibus artificiose sectis extructo, admodum stupendæ altitudinis & structuræ, ut ejus simile vix in *Germania* inveniatur. Celebris quoque est conventibus circuli Suevici ibi institutis & imprimis Gymnasio, in quo una cum Theologiæ exercitiis omnes philosophiæ partes & linguarum orientalium studia, publice docentur, non sine maximo cum ipsius urbis, tum aliorum

rum quoque locorum exterorū  
 fructu atque utilitate è quo multi  
 eruditi in omnibus Facultatibus  
 prodierunt, inter quos nominan-  
 tur Theologi tres *Martinus  
 Drechtius, Leonhardus Huterus &  
 Jo. Leo Rothius*, tres Jurisperiti,  
*Joannes Schermayerus, Hammon  
 Bessererus & Leo Crastius*, toti-  
 dem Medici, *Gregorius Strölinus,  
 Wolfgang Stamlerus, Christophorus  
 Ehingerius*, non tam profapia pa-  
 tricia, quam eruditione admi-  
 randa præclarissimi non infimi  
 subfelli fuerint, quibus merito  
 adnumerandus *Joannes Faulha-  
 berus omnigenæ Mattheseos peri-  
 tissimus.*

Et negotiationibus opulenta, pe-  
 nes quam olim tantæ opes fue-  
 runt ut hastam medio in campo  
 erectam aureis nummis tegere  
 aulsa, quam ob rem divitiæ *Ulma-*

*notum* ubivis terrarum fuerunt  
 notæ, verum præteritum germa-  
 nicum bellum & præsens galli-  
 cum calamitosum plurimum de  
 illa laude veteri eidem detraxit.  
 Variis opificiis etiam manuariis  
 sunt dediti, imprimis vero *linum*  
*ulmense* heic conficitur, quod ad  
 remotissimas mundi partes  
 transmitti solet.

Egressus *Urbem* quocunque  
 te verteris, flores & herbæ spe-  
 ctatissimè florent, quanta gratio-  
 sa aspectu pratorum ad Danubiū  
 fluvium viriditas! quam suavis  
 nemorum versus orientem opa-  
 citas! quam amabilis hortorum  
 & arborum, fructuumque &  
 florum in iisdem versus septen-  
 trionem varietatas! quam exo-  
 ptata æris temperies! Fluvius  
*Danubius* *Ἰαννασὸς τὴν φύσιν ἔτι καλ-*  
*λὸς urbem nostram præterfluit.*

cui

cui junguntur Ilarus & Blavus. Montes alteram urbis partem absque damno circumdant, hortis olitoriis partim, partim pomariis admirabiles. Hinc *Balneū* salutare *Thalpingæ* 3050. passibus geometricis distat, *paralyticis*, *scabie infectis*, *sterilibus* & *nephriticis* valde proficuum, de quo doctissime scripsit olim *Gregorius Salzmannus* Med. Lic. cujus manuscripta brevi lucem videbunt. Sed longum foret ditionis *Ulmen-sis* laudes ob fertilitatem non solum medicinalium herbarum, sed & aliarum rerum abundantissimi hujus loci profequi, quas olim *M. Joannes Stixius Pastor Asselfingensis emeritus*, *Matruelis* elegantissimo carmine in compendium rededit. Ne verò in nimiam *opella* excrescat molem, mihi que objici possit illud *Callimachi*

*machi* apud *Athenæum* : Μέγα  
 βιβλίον, μέγα εἶναι κακόν, pes tandem  
 figendus est, posteaquam car-  
 men de præcipuis *veronicae* vir-  
 tutibus in antecedenti ex incu-  
 ria Typographi omissum adji-  
 ciam.

*Hypsotimam* canto, similem *Thee*  
 quæque triumphat

*hanc* bonitate novam detergit, non  
 tamen usquam

mordicat, in cerebrum sursum quod  
 vivida virtus

illius ascendens acuat vivacis acu-  
 men

ingenii: cunctis usum fert, tempore  
 quovis,

ac ætate datur cunctâ, pueroque  
 tenello

longævoque seni, nec non prægnan-  
 tibus ipsis,

& mundat renes, obstruetaque vi-  
 scera solvit,  
 dissipat horrores febris. solatur an-  
 helos  
 asthmaticos nec non suspiria lenta  
 trahentes,  
 urinasque trahit, flatus ventosque  
 furentes  
 dissolvit vomitum, fluidam refræ-  
 nat & album.  
 concitat & Venerem. nebulas ex-  
 stirpat Jacchi  
 ac somni. nervos levat, ictericisq;  
 medetur,  
 deliquis prodest, coxæ lenire dolo-  
 res  
 dicunt, hydropem solvit, congluti-  
 nat omne  
 quantumvis ingens vulnus, mira-  
 bile dictu!

ulce-

*ulcera consolidat pariter, cunctisq;  
venenis*

*utilis est, flammam oculorum, &  
gutturam sanat.*

*interimit vermes, morsus, quos in-  
tulit ore*

*vis rabiosa canum sanat, scabiemq;  
putrentem*

*immundamque luem, tribuit cui  
Gallia nomen.*

*videlicet hanc multæ gloriæ, ex-  
celsæ virtutis, summique honoris  
herbam esse, ab omnibus, cujus-  
cunque sint conditionis, sanita-  
tem charam habentibus deside-  
randam & loco Indorum Thee,  
jucunde & tuto usurpandam,  
hinc invitatorium carmen, quod  
coronidis loco adponemus;*

So trinket ihr Könige / trinket  
 ihr Fürsten /  
 trinkt / trinket den Ehren-  
 preis römerweiß auß /  
 Ihr Dames und welchen die  
 Zungen sehr dürsten /  
 Ihr Helden mit Ehrenpreis  
 schließet den schmauß /  
 trinkt lauter Gesundheit zur  
 blasenden Flöten /  
 so können die Sinnen ent-  
 rinnen aus Nöthen.  
 Verachtet doch aber bey Leibe  
 bey Leben /  
 ihr Geistlich und Weltliche  
 diesen Trank nicht

Ihr

Ihr Arzte und die sich der  
Weißheit ergeben/

seyd alle auf Ehrenpreis  
trinken verpicht.

Der Kranke sich labe mit die-  
sem Getranke

Es trink der Gesunde daß er  
nicht erfranke/

diß rahtet ein Franke.

En vires nobilissimas hujus her-  
bæ, jure *Thee Europæorum* no-  
minandæ, cum vix inveniatur  
in *thee Indorum*, quod negatum  
nostræ *Hypsotimæ* vel *veronica*,  
quibus utere, fruere, non con-  
templare modo. Quæ si TE  
grata sensero, mihi de assensu  
H gra-

gratulabor, si minus, scias ve-  
 lim, me nec hoc voluisse, cum  
 omnibus placere velle, votum  
 fit, prætereaque nihil. Alias  
 fat scio, ei, qui in lucem medita-  
 tur aliquid, atram fuliginem &  
 prelum obtrectationis esse sub-  
 eundum, sed & illud non ignoro,  
 quod, quanto fuligo illa, qua  
 typi imbuuntur, obscurior est  
 & prelum, quo premuntur acti-  
 us, tanto clariores deinde &  
 splendidiore in lucem prode-  
 unt. Tu verò, contumeliose,  
 nequam, Zoile, salutari primo  
 quasi adspectu cupiens scias me  
 tui memoriam nondum depo-  
 suisse, quamvis in nulla re mi-  
 hi emolumento esse, labores,  
 tamen ingratis tuis mihi es ului,  
 cum mihi instar calcaris infer-  
 vias ad virtutem, quam sopi-  
 tam interdum laboris tædio, ve-  
 hem.

hementissimis virulentæ linguæ  
stimulis excitas, propterea alio  
tibi tempore locoque gratias e-  
gero.

Interibi te ad censuram vero-  
nicæ theezantis provoco, quia  
Amicus Amici vitia & nævos  
minus observat, si verò hæc quæ  
protulimus tibi non sunt ad pa-  
latum, sed vilissima & ridicula  
videntur, mihi bilem non mo-  
vebunt & si submoleste ferrem,  
iniquior iniquissimo essem, qui  
etiam tua summa cum arte com-  
posita floccipendere soleo. Do-  
lerem potius & excruiarar, si  
à te laudarer, secundum illud  
Antisthenis, qui ab improbo  
quodam laudatus ajebat: vereor,  
ne quid imprudens fecerim ma-  
li. Parili modo à Te, inique  
rerum æstumatos, minime lau-

dari cupio. Si tibi displicet veronicae meae deformitas, formosiorē ipse redde; simplicitas ejus ingenio tuo si aliena, emenda; si tædet tenuitas, omitte; si placent meditationes, imitare; si displicet brevitās, dilata; at audire jam mihi videor Tragœdiarum patrem: τὰ μηδὲν ὠφελεῖν τοῦ μὴ πόνει μάτεν, hinc ne verbulo quidem tanquam indignissimum amplius dignabor. Si te, crabro, hisce irritavi, perfure ac ure, quo ista tua cupiditas effrenata te rapiet; & qui insalutatus accessisti, in salutatus Morboniam abito: nam tibi, pessime, nunquam dicam, vale.

